UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Apparitoribus præfectorum prætorio & priuilegiis eorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

LEX XIIII.

PVblici. Exhibitio curſus publici ſecundum cō-
ſuetudinem locorum committitur, vt
plauſtra, id eſt, currus faciant onerari, hoc dicit. Vel ali
ter, currus debet onerari ſecundum conſuetudinem. hoc dicit.
1 † No. ex hac l. optimum arg. quod muli debent onerari ſecūdum
onus ad portandum ſufficientes ſecundum conſuetudinem re-
putantur. Et facit quod ſi oneraui mulum tuum cum onere tre-
centarum librarum, qui bonus ⁊ ſufficiens reputabatur ad tan
tum pondus, ⁊ cum fuerit ſic oneratus deceſſit ex pōdere, quod
ego nō teneor: quia permiſſum eſt mihi ipſum onerare ſecundum
conſuetudinem ⁊ ſufficientiam, per hanc legem.

LEX XV.

SI quis. Mittentes equū in curſum publicum
non mittendum, quadruplum pretij di-
cti equi fiſco reſtituant, hoc dicit.

LEX XVI.

HIs tantum. Legati gentium Principi nō
ſubditarū curſu publico poſ-
ſunt vti. Et no. agrum. pro ambaſiatoribus Florentie,
vt poſſint onerare equos communis Peruſij pro portandis re-
bus eorum Peruſium.

LEX XVII.

NEmo mulionem. Subtrahēs mulionem
euectioni deputatum,
decem libras argenti fiſco ſoluat, hoc dicit.

LEX XVIII.

ANimalia. Curari debet ne equorum curſui
publico deputatorum pabula, id
eſt, prebenda cariori pretio vendatur, ⁊ etiam vt non te
1 neatur prouincialis viliori pretio vendere, hoc dicit. † Not. quod
poteſt fieri ſtatutum, quod cum tyrones communis Peruſij ve-
niunt ad ciuitatem, quod prebenda annone non poſſit vendi, ni
ſi tanto pretio, dummodo pretium non ſit magis vile quā debeat.
2 † Vltimo not. quod quando equus habet male ad comedendum,
non poteſt ambulare. Et facit contra conductores equorum ad
vecturam, qui non dederunt eis bene comedere, quia ſi macri fa-
cti ſunt, tenentur ad intereſſe, per iſtam legem cum glo. quod not.
3 † Vltim. not. quod eſt argumētum lex iſta quod conducens equū
ad vecturam, non tenetur dare equo tantum de prebenda cum
eſt cara, quantum cum eſt vilis, vel cum iuſto pretio venditur.

LEX XIX.

COmperimus. Prouinciales, ⁊ curiales
ad preſtandum animalia
indebita ad curſum publicum non grauantur: quia ſa-
tis eſt ſi conferunt in pabulis ⁊ pecunijs equorum deputatorū
curſui publico, hoc dicit.

LEX XX.

NEmo. Nullus dux poſtquam ſuum ducatum in-
trauit debet vti curſu publico, ſed iumen-
tis proprijs, quod etiam obſeruatur in officialibus co-
hortalinis, pena contrafacientibus imminente. hoc dicit.

LEX XXI.

NVllus. Etiam eccleſia tempore expeditionis nō
excuſatur ab angarijs ⁊ perangarijs.
1 hoc dicit. † Not. iſtam legem contra clericos, vt propeer
iſtam ſocietatem, que venit in comitatu depredando, currendo ⁊
occidendo, vt poſſint clerici grauari ad datia ⁊ collectas, ⁊ alia
onera ſordida, vt contra dictas gentes reparetur.

De tractatoriis, & ſtatiuis. Rubr. LII.

LEX VNICA.

TRactatores. Licentia data pro animali
bus ad vehendum, ⁊ ad ar-
ripiendum iter, debet biduum cōtinere, ad moram ve-
ro trahendam quinque dies tantum, ⁊ nulli debet da-
ri pro ſe ⁊ neceſſarijs ſibi perſonis, niſi illis tātum qui animalia
1 curſui publico deputata perſequuntur. h. d. † No. ex hac l. opti-
mum arg. quod ſi alicui eſt data licentia de extrahendo certam
quantitatem frumenti extra ciuitatem vel comitatum, quod hec
a licentia non extenditur vltra numerum ſeptem dierū[a] quorū qs
habet duos ad arripendū iter, alios vero quinque pro itinere pfi
ciendo. Quod facit pro licentijs que dantur per gabellarios por
b tarum, de extrahendo ſalmas pannorum extra diſtrictum.[b]

ADDITIONES.

a ¶ Non extenditur vltra numerū ſeptē dierum. adde Ant. Cor.
in fin. ſuis in ver. gabella gl. iiij. incip. ſi alicui eſt data licentia. vbi
allegat, ⁊ ſequit ipſum hic. de quo p Rom. in repe. rub. de arbit.
b ALEX. ¶ Vide Roman. idem tenentem in rubr. de arbit. in ver.
concluſio.

De apparitoribus præfecti prætorio, & priuilegiis eorum. Rubr. LIII.

LEX

PRefecture. Cornicularij prefectorū com-
pleto munere Principis pur-
puram adorare debent, ⁊ cum ſint otio donati, ad ali-
quod officium non deuocentur, hoc dicit.

LEX II.

PRefectiarios. Prefectiarij exactiōes pro
uincialibus facere non de-
bēt, nec etiam habere cuſtodiam horreorum, cōtrafaciē
tes puniuntur. h. d. Et ſunt prefectiarij officiales prefecti.

LEX III.

COrnicularij. Cornicularij primi ſcrinij pre
fecti pretorio, ſortita laborū
requie priuilegijs hic inſertis gaudent. hoc dicit.

De apparitoribus præfecti vrbis. Rubr. LIIII.

LEX I.

PReter eos. Qui adminiſtrauerunt multa
officia in prouincia, officio fini
to Principis purpuram non adorant. Item appari-
tor ſedis vrbane illuſtris de concuſſione piſtorum cō-
uictus punitur. hoc dicit cum l. ſeq.

De apparitoribus magiſtri militum & priuilegiis eorum. Rubr. LV.

LEX IIII.

NVmerarios. Numerarij illuſtrium cō-
pleta militia ⁊ principat⁹
munere functi, gaudēt priuilegijs, hic inſertis. ¶ Itē
qui ſunt de numero militū gaudent priuilegijs eorū,
qui vero ſunt vltra numerum, non. h. d. cum l. ſeq.

De apparitoribus procon. & legatorum. Rub. LVI.

LEX I.

OFficio. Proconſul vel legatus non debet eſſe cu-
rialis vel adſcriptus alicui corpori. ⁊ ſi ad-
ſcriptus eſſet, debet reſtitui ei, ⁊ apparitores legatorum
1 debent eſſe quadringenti. hoc dicit cum l. ſequē. † Nota quod ma
giſtratus ciuitatis dicitur eſſe membrum ciuitatis.

De cohorta. & princ. cornicu. ac primipil. Rub. LVIII.

LEX I.

OMnes. Stationarij, qui Irenarche appellā-
tur, non debēt facēre exactiones, nec
aliquem in carcerem mittere, niſi crimen ſit manife-
1 ſtum. contrafacientes puniuntur. hoc dicit. † Nota
quod deputatus ad capiendum malefactores, vel ad ipſos denū
ciandos non poteſt ipſos in carcerem mittere, etiam ſi crimen ſit
notorium. Dixi ſ. de decu. l. finali.

LEX II.

NVllus. Nullus iudex volentem militare approba-
re debet ſine ſacra approbatione, ⁊ licentia
Principis, ſicut facit alia approbatoria, nec permittere etiam ve
here, exceptis prouincie officialibus, qui curſus publici ſolicitu-
dinem ſubſtinent. h. d.

SOlita. Solita priuilegia conceſſa per diuū Dio-
cletianum principem confirmantur, ⁊ etiā
extenduntur, vt j. deſcribitur.

LEX V.

QVicunq;. Primipilarius Hoſdrene prouin-
cie ſi multos habet filios, vnum lo-
co ſui ſubſtituit, alterum tradit curie. alteros vero de-
putabit militie cui volet. Si vero duos tantum habet, tunc ſatiſ
faciet curie ⁊ cohorti, ⁊ ſi vnum tantū habet, tradet ordini ſue pa
trie, priuilegio cōtra hoc indulto, nullatenus valituro, ⁊ q fuerit